

Joachim Stockmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Phil. & Med. D. ac Prof.
Ad Exsequias Quas Viro ... Dn. Zachariae Schummero, Not. Pub. ... Vidua parat
maestissima Omnes omnium ordinum Cives suos ... vocat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775781452>


Druck Freier  Zugang




Stockman, J.,
in
Z. Schummer.

Rostock, 1650.

44.





RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMVS STOCKMAN,

Phil. & Med. D. ac Prof.

Ad Exsequias

Quas

Viro Integerrimo & Doctissimo.

D. N. ZACHARIÆ
SCHUMMERO,

Not. Pub. & iudicio oppidano à Secretis

Viduaparat mæstissima

*Omnes omnium ordinum Cives suos
seriò ac diligenter vocat.*



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. L.

RECTOR
IOHANNES STOKMANN
Med. & Medic. ad Prax.
D. N. SACCHARIA
SCHUMMERO
Nec Pub. & iudic. oppidanus & secretis
Vid. & iudic. in
Gmuer. & iudic. in
Lun. & iudic. in

ROTORIUM
TYPER NICOLAUS KILIANUS
Rostock



Omnum, qui, ex sententia gravissimi Senecæ, vitam nobiscum dividit, Plato maximus Philosophorum (qui Val. Maximo suffragante omnium mortalium sapientissimus habitus est, eò quidem usque, ut, si ipse Jupiter coelo descendisset nec elegantiore, nec beatiore facultiâ usurus videretur) somnum, inquam, Plato *μικρὰ μυσίαν* *ἰσάρις* interpretatur; Gorgias Leon- tinus, cum Homero & Seneca, mortis fratrem; Orpheus sororem, Maro consanguineum, Na- so ipsam illius imaginem, atque ostentum ha- buerunt. Ita & Cyrus Major apud Xenophon- tem, peroraturus ad filios, dum vitæ suæ clausu- lam faceret, Nihil, inquit, videtis morti esse tam simile, quàm somnum. Quid ergò est, CIVES ACADEMIÆ, quod horreamus vel ægrota- tiones vel mortem ipsam, quibus conciliari solet ultima hora; cùm quotquot cubitum secedi- mus, singuli mortem & singulis diebus indua- mus? Nulla nox sit hujus vitæ, quæ non admo-

neat requiei ad alteram vitam, & noctis illius
quæ perpetua una dormienda est. Nihil enim
tam certum est, ait Lipsius, quàm incertum il-
lud mortis. Non anni, menses, dies, hora excepta
sunt: non hæc ipsa, quâ scribo,

Et certam præsens non habet hora fidem.

Cum verò nobis semel occiderit, ut poeta canit,
brevis lux, tùm profectò libentissimè hujus lu-
cis usura reddenda ei, à quo accepimus. Et feli-
cissimis opranda mors est, omnium dolorum
solutio ac finis. Utcunque verò mortuis eveni-
ant læta feliciaque omnia, in superstites tamen
dolor atq; ærumna manet. Et quis est nostrum
qui ZACHARIÆ SCHUMMERI, Integer-
rimi doctissimique Viri causâ magnopere do-
lendum existimet, postquam ille à Deo vitæ no-
stræ necisque arbitro sapientissimo vocatus se-
cessit in cubile, in Requitorium suum, redditus-
que perpetuæ securitati est? Mors ipsi somnus
cessit, eoque dulcior, quia Hesperus est futuræ
resurrectionis, ad quam, ut evigilaremus, paul-
isper obdormiendum fuit. Quare gratulemur,
potius piè Defuncto tranquillam ac beatam re-
quiem, quàm de obitu ejus queramur, quem,
cum Deo visum fuerit, omnes sequemur. Sed
afflictissima uxor, quæ ex mariti fato domum
naniis & plautibus implet, illa est, cujus vicem
dolere

dolere satis non possumus. Noverit tamen, mi-
ris admodum itineribus caelestia progredi confi-
lia: de quibus recte quidam veterum scripsit:
cur pios homines aspera pati sinat Deus, non est
humanæ imbecillitatis plenâ indagine cogno-
scere. Itaq; cum] perpeffitio illo Jobo recte sta-
tuet, Deum non solum prædicandum esse in re-
bus secundis, sed etiam collaudandum in adver-
fis: eó, quod ignotum sit, ad quid illa, quæ pati-
mur, Creator noster operetur. Illud quidẽ certè
ab aurei oris Doctore verè dictum esse intelli-
get: malum pati, malum non est: malum facere,
malū est. Suprema hæc sunt, quæ perolvere o-
ptimo Viro raptim debuim⁹; finiemus autẽ post-
quam nonnulla de parentibus, vita, & mortis ge-
nere dixerimus. Natus autem apud nos Rosto-
chi anno supra millesimum sexcentessimum,
quarto, mense Martio, honestis ac piis parenti-
bus, utrisq; adhuc superstilibus ac mæstissimis.
Patre GEORGIO Schummern viro antiquæ
fidei, Cive ac pistore apud nos gnavissimo; matre
MARGARETA Luttermanus / laudarissimâ fe-
minâ, Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimi
viri DN. JOANNIS LUTTERMANNI, Cos.
Reipub. oppidanæ bene merentis ac Senioris
Comitis Palatini Cæsarei, Patris Patriæ, unicâ ac
dilectissimâ Sorore, Hi parentes filium natum in

A 3

pecca-

peccatis lavacro regenerationis curarunt renasci, & postea in disciplina ac pietate educarunt ejus infantiam. In pueritia ac adolescentia commiserunt eum Scholæ hujus Senatoriæ præceptoribus, qui ipsum in literis, artibus ac bonis moribus informarent; adultiorem factum. hinc ablegarunt Susatum Westphaliæ, ubi per biennium commoratus egregios fecit progressus. Postea ex consilio DN. COS. quem honoris ergò modò nominavimus, studiorum causâ Marpurgum profectus est, ubi studium Juris magno fervore animi ac amore aggressus maximi nominis JCtos, in primis ANTONIUM MATTHÆI & alios magnæ existimationis non audivit duntaxat, sed ipse tam publicè quam privatim disputando sese aliquoties exercuit, & specimina eruditionis edidit. Anno clō 1708 XXVIII. cum Pragam urbium clarissimam, regni caput, totiusque Bohemæ compendium, ad S. Cæsaream Majestatem publicæ salutis causâ ablegaretur Nobilissimus COS. LUTTERMANNUS, SCHUMMERUM secum duxit, qui præter alia hoc beneficii habuit tum temporis, ut unâ operâ Lipsiensem ac Witebergensem Academias, earundemque Professores celeberrimos, ut & Dresdam Electorum sedem magnificentissimam aliasque civitates vi-

fere

fere ac salutare liceret, Eundē spectatæ virtutis ac
fidei virum ad alias etiam legationes in Daniā
puta & Sueciā adhibitū fuisse cognovimus, è qui-
bus ejus virtus latius sese explicuit, & in o-
culos, in aures, in sermones hominum diffudit.
Anno Christi clō lōc XXXIV suāsu Parentum
ac propinquorum suorum conjugium iniit cum
honestissima fæmina JESE Bertrams/ Viri inte-
gerrimi Hans Bertrams/ p. m. filia, JOANNIS
Scubben/ Civis hujus urbis honorati, relicta
vidua. Vixitque cum ea, dum vixit, placidē ac
suaviter per sedecim annos, & suscepit ex ea sex
liberos, qui vero omnes non longē post partum
acerbissima morte surrepti. AN. clō lōc XXXVIII
in Ecclesiis Rostochiensibus Oeconomus con-
stitutus est, cui officio per aliquot annos cum
laude satisfecit. AN. clō lōc XLII. Judicio oppi-
dano à Secretis esse jussus est, cui muneri ad e-
mortualem usque diem summā cum fidelitate
præfuit, & multis vigiliis spartam hanc suam or-
navit. Ante paucos dies morbum incidit gra-
vissimum, qui vires ex inopinato sumsit ita,
ut ipsum d. XX. Martij circiter tertiam & quar-
tam matutinam, præsentē Confessionario ejus
Reverendo atque Excellentissimo viro DN.
JOANNE CORFINIO, ad B. M. Past.
Phys. ac Metaphys. Prof. P. subitō extingueret
anno


anno ætatis 47. Repentinum certè genus mor-
tis: sed quod ipsi etiam Julio Cæsari ita placuit,
ut cum inter cænandum ortus sermo esset, quod
genus mortis optimum, sine omni cunctatione
responderit: Inopinatum.

Vos igitur Cives Academiae, tantò cautius
vivite, quò minus promitti vobis crastinum po-
test. Atverò exsequias etiam vestræ ipsius mor-
talitatis memores frequentes ibitis. Reddite
hoc die, quod in promptu vobis est, & nemi-
ni non debetis. P. P. d. XXIII. Martij

AN. clò Ioc L.

*Conventus fiet in aede B. Virginis
ad horam in meridie primam.*







dolere satis non possumus. Nove-
 ris admodum itineribus caelestia p-
 lia: de quibus recte quidam veter-
 cur pios homines aspera pati sinat
 humanae imbecillitatis plena ind-
 scere. Itaq; cum perpefficio illo-
 tuet, Deum non solum praedicand-
 bus secundis, sed etiam collaudand-
 sis: eo, quod ignotum sit, ad quid
 mur, Creator noster operetur. Ill-
 ab aurei oris Doctore vere dictu-
 get: malum pati, malum non est:
 malum est. Suprema haec sunt, qua
 primo Viro raptim debuim; finie-
 quam nonnulla de parentibus, vit-
 nere dixerimus. Natus autem ap-
 chl anno supra millesimum se-
 quarto, mense Martio, honestis
 bus, utrisq; adhuc superstibus a
 Patre GEORGIO Schummery
 fidei, Cive ac pistore apud nos gna
 MARGARETA Luttermanus / l
 minâ, Nobilissimi, Amplissimi ac
 viri DN. JOANNIS LUTTER-
 Reipub. oppidanæ bene merer
 Comitum Palatini Caesarei, Patris P
 dilectissimâ Sorore, Hi parentes fi

A 3

